

Sermo

Item cum fides sit prima virtus no-
stra. videtur q̄ ante omnia sic haberi
da. Ad primum dicendum q̄ beatus
Iacobus ante omnia d̄suadet iura-
re. q̄ illi quibus scribebat habebant
consuetudinem iurandi pro nibilo
sine causa. Unde tale est ac si domesti-
cus dicat ebrioso febricitanti. ante o-
nia caue ne bibas vinum. Ad aliud
dicendum est q̄ omnes virtutes in-
funduntur simul in anima a vitissimo
et largissimo datore deo. sed vna dici-
tur precedere alias diuerso respectu
Fides em̄ p̄cedit alias virtutes ma-
xime q̄ motus fidei primo signat in
anima et generat motus aliarum vir-
tutum. Caritas precedit eruditione
q̄ sua dulcedine quam habet maxie
ex apprehensione summe susuuitatis
virtutes mouet ad suos actus. Simi-
liter modestia precedit regimine. q̄
regit virtutum operationes. ne quid
magis vel minus fiat. Similiter hu-
militas cōuersatione. q̄ sicut ait Gre-
gorius Qui sine humilitate virtutes
congregat. quasi in vento puluerem
p̄iecat. Ante omnia ergo caritas est
habenda propter actionem et educa-
tionem aliarum virtutum. q̄ omnium
mater est et regina. vnde psalmista
Astitit regina a dexteris tuis. A sini-
stris dei sunt bona temporalia. a dex-
teris bona eterna. caritas ergo a dex-
teris dei astitit. quia in solis illis re-
gnat quos amor eternorum inflam-
mat. In veste opera iusticie. In au-
ro claritas sapientie designatur. Ve-
simenta ergo aurea sunt opera vir-
tutum discrete facta. nec dubium qui
oculis regina placeat que tam preci-

septuagesimastercius

26

osis vestibus se adornat. Circumda-
tur quoq̄ varietate vt multiplicem
habeat vestē. i. variā. quia nunc per
contemplationem ascendit ad deum
nunc per actionem descendit ad r̄p̄
ibrouerbiorum ultimo. Non time-
bit a frigidibus nivis. 27.
Qualiter habenda sit. Nota cum
dicitur. Mutuam in vobismetipsis.
Mutua debet in quinq̄
1. Primo in mutuo amore. Genesis. xi
ij. Non sit iurgium inter vos Jo-
hannis. iij. Diligamus nos inui-
cem. q̄ caritas ex deo est
2. Secdo in mutuo honore. Unde dicitur
Iohannis. xij. Honore inuicē
preuenientes. vbi dicit glosa. Non ē
firmus amor nisi mutuis preuenia-
tur obsequijs.
3. Tercio in mutuo auxilio. vñ frater
q̄ adiuuat a fratre q̄si ciuitas firma
4. Quarto in mutua tolerancia. Unde
ad Galatas vltimo. Alter alterius o-
nera portate. Item. Epheios. iij.
Supportantes inuicem in caritate.
Iste. xlix. Filias tuas in humeris
portabunt. exemplo cristi qui lang-
uores nostros tulit paciēdo et dolo-
res nostros compaciēdo
5. Quinta est in mutua correctione. in-
structione et oratione. Unde dicitur
Exodi vicesimoprimum Cherubin
respiciebat se mutuo versis vultib9
in propiciatore ecclesie. Item dicit
Augustinus qui errantem non cor-
ripit de negligēcia iudicabitur
Qui pro eo non orauerit de periuri-
o condempnabitur.
Itē dicit in nobismetipsis vt nosmet
ipsi sim9 causa dilectionis videlicet